



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 4. Pontificis epistola ad Legatos in favorem Hispani Oratoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

es, qua-
pro
ebranda.
revocare
amultus
ex loci
& Hispan-
inta ani-
annorum
s exinde

rogativa
niciæ

alibi me-
fessionem
m exce-
Europe
s monu-
reperi
Lunensis
positione
ores ini-
nibus al-
quam se-
fia, dum
perage-
ritum ac
raves e-
mer-

mergere possent difficultates. Frustra Sæcul. XVI.
Synodi Præsides hanc litem componere A.C. 1563.
studebant, eoquod Comes Hispanus
nihil admittere vellet, cuius indicio
tanquam inferior haberi posset, vicis-
sim quoque Galli omnem locum acce-
ptare renuebant, vi cuius æquali cum
Hispanis honore non potirentur: hinc
Synodi Præsides, cum Lunensis Co-
mes locum sibi, suoque Regi honorificum
in præfatis solemnitatibus deposcere
non desisteret, denuo Pontificem con-
sulebant, ab eo efflagitantes, ut ipse
desuper nova mandata daret.

§. IV.

*Pontificis epistola ad Legatos in fa-
vorem Hispani Oratoris.*

Annuit summus Pontifex, ac die no- *Pallav. 1. c.*
na Junii sequentem transmisit epi-
stolam: „Regis Catholici Oratores enixe
nos efflagitant, ut sicut assignatus ipsis
locus est in Conventu, & Sessione, ita
in Solemnibus Sacrificiis honor pacis
ac Thuriis eisdem exhibeatur, adeo-
que nullum inferatur eorum præro-
gativis detrimentum; aliter enim Lu-
nensem ad discessum coactum iri expo-
nunt, nobis quippe intelligentibus,
præcipuum id temporis fundamentum
ad Fidem Catholicam sustinendam in
Hispaniæ Rege, ejusque ditionibus si-

Y 3

„tum



Sæcul. XVI. "tum esse , ea illi denegare non licuit:
A. C. 1563. "eapropter efficietis, ut tunc quo tempore
 "pacis, ac Thuris cæremonia Regis Chri-
 "stianissimi Oratoribus exhibebitur, per
 "alium Ministrum Lunensi exhibeatur:
 "in quo ea utemini dexteritate, quæ
 "vobis opportuna videbitur, dummodo
 "hæc jussa omnino perficiantur, atque
 "hæc omnia intelligantur absque detri-
 "mento jurium utriusque partis: de-
 "mum pro viribus pergite in discipline
 "legibus fanciendis, quo nihil gratius
 "præstare nobis poteritis, prout jam
 "sæpius, satisque luculenter vobis signi-
 "ficavimus. ,

§. V.

*Binæ epistolæ Pontificis literis a Car-
 dinate Borromæo adjunctæ.*

Hanc Pontificis epistolam duæ insu-
 per a Cardinale Borromæo exar-
 ratæ comitabantur: quarum prima die
 nona, altera vero duodecima Junii erat
 data, atque in illa præcipiebatur,
 ut non modo profundissimum silentium
 cum singulis excepto Lunensi ser-
 tur, sed etiam maxima, qua fieri
 posset dexteritate res perficeretur: com-
 mittebatur etiam electio Ministrorum,
 qui in pacis signum iconem deosculan-
 dam, necnon Thuris suffimentum es-
 tent exhibuti, in altera vero epistola dice-
 batur